



**E**ginhartus ob plurimas uirtutes, raram prudē-  
 tiam, & insignem eruditionem potētissimi Im-  
 peratoris Caroli magni Cancellarius factus est. Ita-  
 que ad res maximas gerendas Carolo uiam mōstra-  
 uit, atq; consiliorum eius rector existens, philoso-  
 phiæ studia, & liberales artes ubiq; cum sacris lite-  
 ris doceri mandauit. Hūc Carolus hinc inde ad po-  
 tentissimos principes misit, ut de rebus arduis cum  
 ijs ageret. Nam negotia omnia ea fide & dexterita-  
 te peragebat, ut nihil in eo desiderari posset. Vnde  
 etiam apud omnes magnæ autoritatis extitit. Cum  
 autem annis & laboribus exhaustus deficere cœ-  
 pisset, ordinem S. Benedicti ingressus est, non ut o-  
 tior torperet, sed ut bonis literis uacare, & Deo inseruire posset. Antea quid-  
 em plures literas, tam ex sua quàm Imperatoris persona ad diuersos scripse-  
 rat, nunc autem Carolo mortuo ipsius uitam, & superiorum tem-  
 porum Historiam composuit. Claruit circa annum Do-  
 mini octingentesimum uicesimum.  
 Thritem.